verbi publica per miniſterium ordinarium, (ita enim deſcribitur ab ipſis diſſentientibus craſſioribus & ſubtilioribus Oeconomia illa, & recte quidem) *admittere oeconomiam aliam ſimul extraordinariam, qua revelationes DEI immediate hominibus contingant, ita ut illas aliis quoque hominibus & integris populis exponere & praedicare teneantur.* Mentem vero hanc eſſe diſſentientibus haud aegre patere poteſt, tametſi obſcurius proponatur, dummodo accurate ponderemus, quid lateat ſub illis verbis, die ordentliche Haußhaltung GOttes hebet die auſſerordentliche nicht auf/ SONDERLICH in ſolchen Dingen/welche gewiſſe Verhängniſſe betreffen: Si enim SPECIALITER in his oeconomia DEI extraordinaria ſe operoſam probet, non ſane excluduntur etiam alia quae generaliter ſe habent. Quaenam vero illa? Non reperiuntur alia praeter *credenda* & *agenda*. Ergo *etiam in his datur adhuc* Oeconomia *DEI ſingularis & extraordinaria.* Id quod tamen in ſpeciem antea nobiſcum operoſe negabatur, & concedebatur, *in regula fidei & morum non admittendam eſſe extraordinariam revelationem.* Patet hoc ex verbis: So wenig wir mit Grund der Warheit ſagen können/ daß mit ſolcher Oeconomie (die GOtt ehemahls gehabt/ da er Wunder gethan) die Wunder gantz und gar aufgehört/ oder daß nach der Apoſtel Zeit biß auf unſere Zeiten her GOTT gar niemahls mehr Wunder gethan/ noch auch künfftig thun werde/ eben ſo wenig können wir leugnen/ daß GOTT nicht manchmahl auch in der Offenbahrung ſeines Willens und ſeiner Wercke/ oder Verhängniſſe und ſonderbahren Leitungen etwas auſſerordentliches gethan habe und noch künfftig thun werde. p. 17. Nihil itaque certius, ex mente illorum, quam *extraordinariam DEI Oeconomiam adhuc reſtare, imo jam actu dari, quae voluntatem ejus nobis ſingulari quadam ratione manifeſtet.*

§. VI.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id414569628/22 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG